

Clarissime Vir!

In retributionem aestimatarum litterarum tuarum
 mitto Tibi paratissimo animo species plantarum,
 quas hoc anno in conspectu amici mei Dr. Schloffer
 in Croatia montana, in Otočac, Lika et Velebit
 legeram. Pars est solummodo exigua magno co-
 " piae, quo ibi provenit, sed tempus breve quinque
 septimanarum non admisit plura. Gratulor mi-
 " hi, quod amica opera tua perventurus sis ad
 majorem claritatem nonnullarum specierum,
 quas novas repuro, aut quo mihi dubio vi-
 " dentur. Secura tua et multum expensa manu
 sibi licebit me reducere ad tranitum verum.
 Quas dubias repusaveram plantas signo
 interrogationis distinxeris. Quod Floram dalma-
 " ticam non minus quam Croaticam divitem
 attines, eam ex libris plurimam nosco, quia
 in Dalmatia neminem scio, quocum consocium
 sciensificum exercendum spero; sunt itaque
 plantae dalmaticae apud nos rarissimae.
 Quicquid idcirco mihi mittere dignaberis, charum
 mihi eris, et proptus tibi relinquo.

Sunt aliquae plantae etiam ex Croatia interiori
immixtae, plures Anno futuro pro Te compo-
nam, quia desidero in amica et scientifica
connectione in futurum magis solidanda per-
manere. Nec dubito, in patria mea adhuc
magna in parte ignota plura reperiri,
quae Botanici attentionem merentur. Ex
genere Hieraciorum, satis divite, nullum
Specimen pro nunc mitto, quia credo tibi
cum modo missis plantis sufficientem occu-
pationem futuram; partim ideo, quia Hiera-
cia Croatica per me specialiter electa in
separata Monographia comprehendere in-
tendo; finito labore, tibi opus Communi-
cabo. Opusculum meum, quod de applicatio-
ne Systematis naturalis ad Botanicam
scripseram, tibi in teperam Observatio-
nis meae adjungo. Plantas, quas mihi
misurus es, simpliciter Zagrabiam
mittas, ex quovis via ferrea vel postali
per Diligentia.

Amico tuo affectui recommendatus, summo cum
aestimio. perfesto

Tuus

Zagrabie 23. Novemb. obsequentissimus Servus
856. Ludovicus Farkas Lukotinovics